

prima non havia pagà li ducati 200 *ut supra* e dato segurtà etc.

146 Fu posto, per sier Piero Ferro, vicecao di XL, e tutti 4 li avogadori di comun, sier Francesco Orio, sier Nicolò Dolfin, sier Piero Pasqualigo dotor e cavalier Avogadori, e sier Piero Contarini *olim et in hoc casu* avogador di comun: ch'el dito Zuan Ferman sia privado di officii di Governadori e Cazude e officii e benefici di la Signoria nostra, sì dentro come di fuora, excepto quelli l'ha per il Consejo di X; sia publicà la sua condanason el primo Gran Consejo; pagi a la Signoria ducati 1000 d'oro justa l'officio di l'avogaria, et li avogadori cognossi quello tutto che indebite l'ha tolto oltra i ducati 1000, et non ensa di preson se prima non arà dato li ducati 1000 *ut supra*, metendo a conto suo però quello a pagà per conto di la mità etc.

61 Fu posto, per sier Zuan Marin, vicecao, qu. sier Antonio, *videlicet* la parte posta per sier Piero Lion e sier Alvixe Pixani consier, excepto ch'el non sia privà di l'offizio di Governadori, ma *solum* di quello di le Caxude; *in reliquis* come la ditta parte.

Et andò le 4 parte: la prima di consieri Lion et Pixani ave 5, dil Foscarei consier 11, dil Marzelo cao di XL 3, e questa andò zoso. Dil Ferro e li Avogadori 11, dil Marin vice cao 6, et una di non sincere, et quella dil Marzelo Cao di XL andò zoso e *iterum*.

Fo di le parte di do Consieri, 8 dil Foscarei consier, 12 dil Fero e Avogadori 11, dil Marin vicecao 7, e questa andò zoso.

Fo mo de le parte *iterum* di do Consieri 13, dil Foscarei consier 15, dil Ferro e Avogadori 8, e questa andò zoso, et:

Fo mo di le do parte: di do consieri 12, dil Foscarei 24, et una non sinciere. E questa dil Foscarei fo presa.

147^b

Imperatorii.

Charissime in Christo fili noster salutem, etc.

Audita ea victoria, quam ingentem et maximam Turcarum rex Selinus contra Ismaelem Sophim Persiae regem de mense Augusti prosperrimo successu est consequutus, fratribus meis E. R. Cardinalibus statim adhibitis, diligentique consilio ea de re habito, visum est nobis ad omnes christianos reges esse litteras dandas: quibus litteris et eos certiores tanta de re faceremus, et hortaremur, ut imminenti univer-

sae rei christianae periculo communi consensu atque sententia ire obviam vellent. Quorum quidem regum cum tu primus et dignitate et auctoritate sis, id mihi tecum primum atque potissimum esse agendum existimavi. Itaque, exemplum Selini litterarum ad Epidaurenses, quibus victoriae summa seriesque continetur, ad te mitto; quo perlecto pro tua singulari prudentia facile perspicies, aversus a nostris moribus atque sacris homo efferus ab ineunte aetate bello exercitibusque ductandis assuetus, qui se regnandi libidine contra patrem senem armaverit, eumque regno expulerit, ad mortemque compulerit, per fratrum et propinquorum aliam super aliam coacervatas caedes ad maximum orbis terrarum imperium evectus, eo demum in Asia rege devicto, ejus unius maxime opes atque potentiam verebatur, ejusque regno capto, quid sit facturus; cum illo integro superstitibusque fratre, atque fratris filio, qui ei dubium paterni avitque regni sceptrum faciebant, perturbare tamen nos exercitibus in Pannoniam missis oppidisque, aliquot vi captis, anno proximo sit aggressus. Nemini profecto dubium esse debet, qui modo recte minus etiam quam mediocriter sentiat, posteaquam is eum hostem perdomuit, a quo sibi uno ab altero regni sui latere, Asia videlicet superiore esse timendum videbat: quin sit in illos, quos ad Europam habet, exercitum victorem suum, omnesque suas imperitque sui vires, ipsamque illam tot secundis successibus tam crebris, tamque illustribus victoriis sibi blandientem fortunam suam quam celerime conversurus: qui quidem et maiori odio illi sunt propter alienam sacrorum rationem totiusque vitae studia, et maiorem ei curam ineunt, propterea quod nos multo se potentiores esse multoque rebus omnibus ad bellum terra marique administrandum paratiores, homo minime demens intelligit. Itaque, primum omnium debilitare nos cogitat ea societate, Pannoniamque suam facere; quae tametsi est ipsa quidem per se firmissima atque bellicosissima, sustinere tamen tantos impetus una non poterit. Id cum fuerit assequutus, quid erit amplius, quod illius animum ad te atque nos oppugnandos unum tantummodo diem coercere atque continere possit? Nisi forte, qui propinquis, qui fratribus, qui parenti regnandi cupiditate non pepercerit, eum volumus credere a nobis unis, qui et moribus illi et certe voluntate hostes sumus, animi facilitate atque adeo lenitudine temperaturum. Huic tam praesenti malo atque periculo, nobis remedium medicinamque adhibere sedulo quaerentibus, unum illud sese offert, multo ante iam a me et provisum, et tibi reliquisque regibus et prin-

147*

(1) La carta 146* è bianca.